

VOCI E STRUMENTI DEL DIPARTIMENTO DI MUSICA ANTICA
DEL CONSERVATORIO "E. F. DALL'ABACO"

Cecilia Rizzetto e Sara Ricci, *soprani* - Loretta Brait, *contralto*
Emiliano Martinelli, *tenore* - Alessandro Vandin, *basso*

Cecilia Zanchetta e Elia De Molli, *violini*

Anna Camporini, *violoncello*

Sara Penazzo, Gualtiero Marangoni, Luca Ferrarini,

Filippo Milazzo, Laura Soranzio, *viole da gamba*

Paola Ventrella, Antonio De Luigi, Michele Secchia, *liuti e tiorba*

Paola Pesenti, *organo*

Lorenzo Bassotto, *voce recitante*

Il Gruppo Vocale e Strumentale del Dipartimento di Musica Antica del Conservatorio di Verona è una delle espressioni più vive dell'appassionato lavoro di ricerca e docenza che, fin dagli inizi degli anni settanta, si svolge fra le mura della dimora storica di Casa Boggian, in stradone san Fermo, sede staccata del suddetto istituto.

La dimensione internazionale del Dipartimento, oltre alla sua importante e articolata proposta didattica, richiama ogni anno a Verona studenti di Musica Antica da tutto il mondo, desiderosi di perfezionarsi o anche semplicemente iniziare gli studi con alcuni fra i più rinomati specialisti nel settore.

Numerosi sono i programmi vocali e/o strumentali che hanno visto parteciparvi allievi ed insegnanti del Dipartimento di Musica Antica. Tra questi ricordiamo il «Gloria» di A.Vivaldi, brani dalla Passione secondo Giovanni BWV 245 di J.S.Bach, cantata BWV 198 «Trauer Ode» e «Magnificat» BWV 243 sempre di J.S.Bach, la celebrazione del quarto centenario della morte di Giovanni Gabrieli con le sue «Sacrae Symphoniae & Altre Musiche» in collaborazione con la Schola Cantorum Basiliensis, l'esecuzione del «Vespri di Santa Lucia» di Francesco Cavalli e di alcune cantate di J.S. Bach sotto la direzione di Sigiswald Kuijken.

È possibile informarsi su tutte le iniziative del Dipartimento consultando la pagina Facebook **Dipartimento di Musica Antica del Conservatorio E. F. Dall'Abaco di Verona**.



DIETRICH BUXTEHUDE (1637-1787)

MEMBRA JESU NOSTRI

(BUXWV 75 75)

CICLO DI CANTATE IN SETTE PARTI

SU NOSTRO SIGNORE GESÙ CRISTO SOFFERENTE IN CROCE

Padova - Chiesa di Sant'Antonio Abate

del Collegio Universitario Don Mazza

Venerdì 18 marzo 2016, ore 20.45

Verona - Basilica di San Zeno

Sabato 19 marzo 2016, ore 20.45

Voci e Strumenti del Dipartimento di Musica Antica
del Conservatorio "E. F. Dall'Abaco" di Verona

Alberto Rasi, direttore

Dietrich Buxtehude (1637-1707)

Membra Jesu Nostri, BuxWV 75

Cantata I: AD PEDES

Ecce super montes
pedes evangelizantis
et annunciantis pacem. (Nauhm. 2,1)

Salve mundi salutare,
salve Jesu care!
Cruci tuae me aptare
vellem vere, tu scis quare,
da mihi tui copiam

Clavos pedum, plagas duras,
et tam graves impressuras
circumplector cum affectu,
tuo pavens in aspectu,
tuorum memor vulnere.

Dulcis Jesu, pie deus,
Ad te clamo licet reus,
praebe mihi te benignum,
ne repellas me indignum
de tuis sanctis pedibus

Ecce super montes...
Salve mundi salutare...

Cantata III: AD MANUS

Quid sunt plagae istae
in medio manuum tuarum? (Zc, 13,6)

Salve Jesu, pastor bone,
fatigatus in agone,
qui per lignum es distractus,
et ad lignum es compactus,
expansis sanctis manibus.

Manus sanctae, vos amplector,
et gemendo condelector,
grates ago plagis tantis,
clavis duris guttis sanctis
dans lacrymas cum oculis.

In cruore tuo lotum
me commendo tibi totum,
tuae sanctae manus istae
me defendant, Jesu Christe,
extremis in periculis.

Quid sunt plagae istae...

Cantata II: AD GENUA

Ad ubera portabimini,
et super genua blandientur vobis. (Is. 66, 12)

Salve Jesu, rex sanctorum,
spes votiva peccatorum,
crucis ligno tamquam reus,
pendens homo verus deus,
caducis nutans genibus.

Quid sum tibi responsurus,
actu vilis corde durus?
Quid rependam amatori,
qui elegit pro me mori,
ne dupla morte morerer?

Ut te quaeram mente pura,
sit haec mea prima cura,
non est labor et gravabor,
sed sanabor et mundabor,
cum te complexus fuero.

Ad ubera portabimini...

Cantata IV: AD LATUS

Surge, amica mea,
speciosa mea, et veni,
columba mea in foraminibus petrae,
in caverna maceriae. (Ct. 2, 13b-14a)

Salve latus salvatoris,
in quo latet mel dulcoris,
in quo patet vis amoris,
ex quo scatet fons cruoris,
qui corda lavat sordida.

Ecce tibi appropinquo,
parce, Jesu, si delinquo,
verecunda quidem fronte,
ad te tamen veni sponte
scrutari tua vulnera.

Hora mortis meus flatus
intret Jesu, tuum latus,
hinc expirans in te vadat,
ne hunc leo trux invadat,
sed apud te permaneat.

Surge amica mea...

Cantata V: AD PECTUS

Sicut modo geniti infantes rationabiles,
et sine dolo concupiscite,
ut in eo crescatis in salutem.
Si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus.

Salve, salus mea, deus,
Jesu dulcis, amor meus,
salve, pectus reverendum,
cum tremore contingendum,
amoris domicilium.

Pectus mihi confer mundum,
ardens, pium, gemebundum,
voluntatem abnegatam,
tibi semper conformatam,
juncta virtutum copia.

Ave, verum templum dei,
precor miserere mei,
tu totius arca boni,
fac electis me apponi,
vas dives deus omnium.

Sicut modo geniti...

Cantata VII: AD FACIEM

Illustra faciem tuam super servum tuum,
salvum me fac in misericordia tua. (Ps 31 [30], 17)

Salve, caput cruentatum,
totum spinis coronatum,
conquassatum, vulneratum,
arundine verberatum
facie sputis illita.

Dum me mori est necesse,
noli mihi tunc deesse,
in tremenda mortis hora
veni, Jesu, absque mora,
tuere me et libera.

Cum me jubes emigrare,
Jesu care, tunc appare,
o amator amplectende,
temet ipsum tunc ostende
in cruce salutifera.

Amen.

Cantata VI: AD COR

Vulnerasti cor meum,
soror mea, sponsa,
vulnerasti cor meum. (Ct 4,9)

Summi regis cor, aveto,
te saluto corde laeto,
te complecti me delectat
et hoc meum cor affectat,
ut ad te loquar, animes.

Per medullam cordis mei,
peccatoris atque rei,
tuus amor transferatur,
quo cor tuum rapiatur
languens amoris vulnere.

Viva cordis voce clamo,
dulce cor, te namque amo,
ad cor meum inclinare,
ut se possit applicare
devoto tibi pectore.

Vulnerasti cor meum...